



**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris  
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis  
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

**Visconti, Giuseppe**

**Parisii, 1618**

Cap. 5. Baptisteria S. Dionysij tempore instituta, deq[ue]; eorum stabili in  
Ecclesia vsu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64585)

in fluuijs baptizandi occasio nata sit? authore  
vtrar Vualfrido Strabone, quilib. de reb Ec-  
cle. cap. 26 à baptismo Christi, qui in Iorda-  
ne peractus est, huiusque mysterij symbolum  
fuit, recte profectam esse, tradit in hunc mo-  
dum: sciendum autem, primò simpliciter in fluuijs, Occasio  
vel fontibus baptizatos credentes; ipse enim Domi- baptizandò  
nus noster Iesus Christus, ut in nobis idem consecraret in fluuijs  
lauacrum, in Iordane baptizatus est à Ioanne. Ve- unde nata.  
rùm alia quoquè causa afferri potest, eorum  
videlicet, qui ad fidei sacramentum accede- Cur Eccle-  
bant, multitudo, rerumquè omnium, quibus fix surgen-  
Ecclesia præmebatur, angustiæ. Nam, cum fe- tis initio  
rè vuiuersus orbis ad Euangelijs em accipien- baptisteria  
dum benè subactus esset, plurimis uno tem- in vñu non  
poris iectu salutare lauacrum ministrare, planè essent.  
necessè erat: quod ne in certis baptisterijs, ac  
locis fieri posset, Ecclesiæ nascentis pauper-  
tas, & tyrannorum in Christianos debacchâ-  
tum furor, & crudelitas retardabat.

Baptisteria s. Dionisi tempore instituta, deque  
erum stabili in Ecclesia vñu.

C A P . V .

P ostquam verò illos primos Ecclesiæ suæ  
operarios diuina bonitas ad gloriosam  
laborum mercedem ex agro eduxit: multis  
iam persequentium ad saniora consilia tra-  
ductis, atquè Ecclesiæ cultu, splendor eque  
in maius aucto, baptisteria amplissima insti-  
tuta fuere; in quibus Chistiani Antistites tutò

16 De Antiq. Bapt. rit. ac Cær.

fidelem populum aquæ salutaris sacramentis  
Baptisteria expiarent. Nec sanè unquam in posterum hæc  
quando, & consuetudo in Ecclesia, sicut pleræque aliæ,  
qua occa- temporis diuturnitate sublata est, sed iam in-  
fione insti- tuta.

de a S. Dionysij Areopagitæ ducta temporibus, usque ad nos, quasi per manus, stabilis,  
Baptiste- ac firma deriuavit. de qua ipsius Dionysij ver-  
riorum v- ba audiamus l. de Eccles. Hierarch. c. 4. vnde  
tus in Ec- (ut reor) purganti quoquè baptisterio iactibus in cru-  
clesia con- tinuus fuit. cem formatis infundens Pontifex, palam speculati-  
uis oculis indicat &c. Subiiciendum verò hoc

loco S. Athanasij testimonium arbitror, qui  
epist. ad omn. Orthod. Arianorum vim, &  
feritatem in sanctam Ecclesiam, & Baptiste-  
rium persequens, doloris, & acerbatis ple-  
nus, erumpit: quid similiter in bello, & persecu-  
tione factum est unquam? siquidem & baptisterijs,

Symbolum & Ecclesijs flamma iniecta. S. etiam Ambro-  
quando, & quis Epist. 53. se præcipua fidei Christianæ capi-  
tiadere tur ta in baptisterijs docuisse, significat his verbis:

die Dominica post lectiones, atque tractatum di-  
misis Catechumenis, symbolum aliquibus compre-  
tentibus in baptisterijs tradebam Basiliæ. Et Da-  
masus Papa in Pontific. de Syluest. I. Baptiste-  
rij Constantiani formam, atquè elegantiam  
explicans, fontem, inquit, sanctum, ubi baptiza-  
tus est Augustus Constantinus, ex lapide porphyre-  
tico. Quibus congruunt S. Augustini verba lib.  
22. de Ciuit. Dei cap. 8. cum mulieri cuidam  
graui, diuturnoque morbo pariter afflitcatæ,  
integravale tudinem in baptisterio redditam  
esse, referret: Carthagine Innocentia, religiosissima  
fæmina, in mamilla cancrum habebat, admonetur

iii

Baptismus  
narum obseruanti ad baptisterium quacunque illi in Pascha-  
baptizata primitus occurrit, signaret ei locum sig-  
no crucis Christi & lib. de cur. pro mort. geren.  
vbi Ecclesiæ, & baptisterij mentio est: vidit  
baptismum suum, & mespm, & Hippoñm, &  
basilicam, baptisterium. Nec aliud indicat Soc.  
lib.7. hist. Eccl. cap.4. cùm inquit: ille igitur Iu-  
dæum fidei articulis instruens, & spem in Chri-  
stum et annuncians, iubet ad baptisterium in lectulo  
deportari. & cap.17. dum in eodem argumento  
persistit, ac Episcopi charitatem commendat:  
cùmque vestem splendidam pro Iudaō baptizando baptismō.  
vestis can-  
didæ vñs  
emisset, & alueum baptistery aquam miseri iussisset,  
Iudaum cō deduxit, ut illi baptismum impertiret.  
Rursus ibidem, insigne miraculum referens:  
cùm Iudaus esset secundò ad alueum baptistery de-  
ductus, aqua rursus penitus evanuit. Preterea  
Gregorius Turonensis lib. 10. histor. Franc.  
cap.28. Regis Gallorum filium in baptisterio  
aqua lustrali tintatum fuisse, meminit his ver-  
bis: Rex, postquam conualuit, acceſit Parisos, ex-  
inde ad Rotolensem villam ipsius urbis properans,  
enocato puero iussit baptisterium properari in vico  
Neoptodoro. Et cap.31. narrans suos in Ecclesiam  
Turonensem egregios conatus, & labores, præ-  
ter alia, baptisterium construendum se curasse,  
testatur: vbi inquit: baptisterium ad ipsam basili-  
cam edificari præcepit, in quo S. Ioannis, cum Sergy reliquias in  
martyris, reliquias posui, & in illo priori baptisterio baptiste-  
S. Renigni mari ris pignora collocaui. Mitto Theo-  
dorum Lectorem lib. 2. collect. Euagrium li. 2.  
histor. Eccl. cap. 8. Gregorium Magnum lib. 11.

B

18 De Antiq. Bapt. rit. ac Cær.

epist. 24. Ioannem Moscum prat. spiritual.  
cap. 214. Isidorum Hispalensem Epist. ad Lu-  
defred. Simeonem Metaphrastem in vit. Mar-  
tin. presb. Nicetam Choniatem lib. 2. thēs. or-  
thod. fid. & multos alios, quorum testimonia  
& verba, cum de loco, forma, materia, & a-  
lijs dicetur, sparsim sequentibus capitibus af-  
feremus. Quæ cum ita sint. inepte, vt pleraque  
alia, Ioannes Camisirus in Eccles. reformat,  
cap. 8. proferre ausus est, baptisteriorum vsum  
in veteri Ecclesia receptum non fuisse, & nunc  
à Christi fidelibus frustrà usurpati. quod gra-  
uius ferremus, si quisquam alias hanc senten-  
tiam probarer, quam illi, qui ab Ecclesiæ Ca-  
tholicæ matris gremio excisi sunt, & depraua-  
tarum opinionum laqueis sese induere nos au-  
tem, quoniam contra eos scribere, qui impia  
vanitatis deliramenta docuerunt, solemus,  
non possumus, quin alij à nobis dissentiant.  
¶ De vit. S. reculare. Quod autem in <sup>a</sup> Amphilochio legi-  
tut. S. Basiliū, & Eubulū, cùm loca Chri-  
sti Domini, Mariæ Virginis, & Apostolorum  
nobilitata vestigijs, & acerbissimis pœnis insi-  
gnia, morientisque in cruce Seruatoris sanguine  
consecrata, insigni cum animi fructu, &  
pietatis incremento obiuiscent, in Iordanis  
fluvio sacram baptismi munus adeptos esse, id  
verò idcirco factum esse intelligimus, quod  
nullum baptisterium abluendis extra Pascha &  
Pentecosten hominibus præstò erat. Quarè,  
cum huiusmodi exempla in veteri historia, vel  
apud SS. Patres occurruunt, quibus videatur  
affirmari, post Natalem Apostolorum diem,

seu fœlicem introitum in vitam illam beatam,  
& æternam , aliquando in fontibus , vel flu-  
minibus nouam Christo sobolem acquisitam  
fuisse; ita ea in t. rpretari oportet, vt vel ingru-  
ente mortis periclo , vel necessitate cogente-  
vel graui alia de causa facta esse , intelligamus.

Nequè etiam obstat <sup>a</sup> Bedæ auctoritas de An- <sup>a lib. 2.</sup>  
glis in flumio Rheno, & Sualua, aut <sup>b</sup> Simeo- <sup>b</sup> Hist. Eccl.  
nis Metaphrastis de Teritate Armeniorum <sup>b De vit. S.</sup>  
Rege, simul cum vxore, ac proceribus in Eu- <sup>Greg Ma-</sup>  
phrate baptisini charactere insignitis. Nam <sup>gnæ Ax.</sup>  
nemo dubitat, ea in principio recentis ibi Ec-  
clesiæ Christianæ factitata: quando baptiste-  
ria ædificari, temporum angustiæ non ferebât  
quemadmodum eiusdem Bedæ verba signifi-  
cant libro secundo. Histor. Eccles. nondum  
enim oratoria, vel baptisteria in ipso exordio nascen-  
tis ibi Ecclesiæ poterant ædificari.

---

De loco baptisteriorum , ea primum in priuatis ædi-  
bus ædificata, tum extra urbem in locis abditis  
deinceps in porticu ante Ecclesiam, domum  
in Ecclesia : & quando id fieri  
caepsum.

C A P . VI.

**L**ocus , in quo baptisteria primùm ædifi- <sup>Baptisteria</sup>  
cari cœperunt, priuatae singulorum ædes, <sup>in priuatis</sup>  
ac domicilia fuere: quod Imperatores , in- <sup>ædibus. ac</sup>  
festissimi Christiani nominis hostes, in nostra <sup>domicilijs</sup>  
B ij <sup>primò æ-  
dificata.</sup>